



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LX. Parabolæ Sinapis & fermenti. Matth. 13. Marc. 4. Luc. 13.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

L X.

Parabola Sinapis & fermenti.

Matth. 13. Marc. 4. Luc. 13.

1. **A**liam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnū cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creverit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cali veniant & habitent in ramis eius." Fides Christiana primâ fronte videtur esse parva, vilis, tenuis, &c. at ubi diuersis tentationibus teri cœperit, vigorem prodit, &c.) Ambrosius, vide etiam sermone eius 2. plures synapis proprietates: in arborem autem dicitur excre-scere in Palestina. "Assumamus igitur & nos pennas columbæ & volitantes ad altiora possimus habitare in ramis huius arboris, terrenaque fugientes ad cœlestia festinare.) Hieronymus hîc.

2. Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farina satis tribus donec fermentatum est totum." Re-

Dom. 6. post
Epiphani.

Ambr. f. r.

Hieron.

Ambr. f. s.

etè

414 DOCTRINA ET MIRACULA

Et fermento Dominus comparatur, specie homo, humilitate parvus, imbecillitate deiectus, tanta intrinsecus sapientiæ virtute pollebat ut doctrinam ipsius mundus ipse vix caperet, &c.

Quisquis igitur fermento Christi adhærescit, efficitur & ipse fermentum, tam sibi utilis, quam idoneus vniuersis, &c.) Ambrosius.

3. Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increseat dum nescit ille: ultro nim terra fructificat primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica; & cum produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. Sementem iacet qui cordi bonam intentionem inserit, in spe boni operis quiescit, inter aduersa & prospera proficit; cum adhuc incrementa sua metiri non valet virtus concepta ad profectum ducitur, & ultro terra fructificat, quia proueniente gratia mens hominis spontanea ad fructum boni operis exurgit, &c.) vide Bedam Marci 4.

Beda.